Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

ad locum alium non ferent. Cor
e. eius indurabit tanquam lapis:
et stringet quasi malleatoris in
cus. Cui cum fuerit timebunt
angeli: et territi purgabun-
tur. Cum apprehenderit eum gladius
subsistere non poterit: neque ha
sta neque thorax. Reputabit
enim ut paleas ferrum: et quasi
lignum putridum ebur. Non fuga
f. bit eum vir sagittarius: in
stipulam versus est ei lapides
funde. Quasi stipula estimabit
malleum: et deridebit vibratem
hastam. Sub ipso erit
radius solis: et sternet sibi au
rum quasi lutum. Fervescere fa
cietet quasi ollam profundum
g. mare: et ponet quasi cum un-
guenta bullire. Post eum lucebit
semita: estimabit abyssum
quasi senescentem. Non est super
terram potestas que comparetur
ei qui factus est ut nullum
timeret. Omne sublime videt
ipse est rex super universos
filios superbie. Xlij

R. Respondens autem Iob
dixit Scio quia
omnia potes: et nulla
te latet cogitatio. Quis est iste
qui velat consilium absque scien
tia. Ideo nesciebam loquebar
et que ultra modum excedebant
scientiam meam. Audi et
ego loquar: interrogabo te
et responde michi. Auditu
b. auris audivi te: nunc autem
oculus meus videt te. Idcirco
ipse me reprehendo: et agor pe
nitentiam in cinere et cinere.
Postquam autem locutus est dominus
hec ad Iob dixit ad
eliphaz themanitem. Iratus
est furor meus in te et in
duos amicos tuos: quia
non estis loquti coram me re
ctum sicut famulus meus Iob.
c. Sumite ergo vobis septem thauros et
septem arietes: et ite ad fami
lium meum Iob: et offerte holocau
stum pro vobis. Iob autem famulus
meus orabit pro vobis: faciem
eius suscipiam: et ne
vobis imputetur insultitia
quia non loquti estis ad me re
cta: sicut famulus meus Iob. Abi
erunt ergo eliphaz themani
8. tes et baldach suites et so
phar naamathites et fecerunt sicut locutus fuerat dus
ad eos: et suscepit dominus faciem
Iob. Dus quoque convertit e
ad penitentiam Iob cum oraret
ille pro amicis suis. Et ad
didit dus omnia quecumque fu
erant Iob duplicata. Venerunt autem ad eum omnes fratres
e. sui et omnes sorores sue et
cuncti qui noverant eum prius
et comederunt cum eo panem
in domo eius et moverunt super eum caput: et consolati sunt
eum super omni malo quod in
tulerat dus super eum: et dederunt ei unusquisque oven
unam et unusquisque auream
unam. Dus autem benedixit no
f. vissimis Iob magis quam principio eius. Et facta sunt ei
quatuordecim milia ovium
et sex milia camelorum: et
mille iuga boum: et mille
asinae: et fuerunt ei septem
filii et tres filie. Et vocavit
nomen unius diem: et nomen
secunde cassiam: et nomen
tertie cornustibii. Non sunt